

*Sammelband von Dina*



*U. g. 1975*

APU

DISPUTATIO  
XIIII.

DE FIDEICOM-  
MISSIS VNIVERSALIBVS,  
PARTICVLARIBVS, NEC NON CO-  
DICILLIS. DESVMPTA EX TIT. ANTE-  
pen. pen. & ult. lib. 2. Inst. itemq; concor-  
dantibus textib. ff. & C. &c.

QVAM

D. O. M. A.

PRAESIDE

*Nobilissimo, Clariss. & Consultiss. Viro*

DN. ARNOLDO DE REYGER  
I. V. D. ET IN INCLYTA SALANA  
Academia publico Pandectarum  
Professore

*Privati exercitii gratia excutiendam proponit, ac  
pro curtis ingenii sui viribus propugnare  
studebit*

Ad diem 23. Decemb.

FRANCISCVS MVSCVLVS  
*Ervitensis VVestphalus.*



IENAE

TYPIS TOBIAE STEINMANNI.  
ANNO MDCCXCIV.



*Strenuo, Nobilissimo, Nec non  
Amplissimo viro*

**Dn. LVDOLPHO Lansberg  
in Eruite**

*Illustris Diœceseos Coloniensis in  
Westphalia deputato,*

**Dn. ac patrono suo omni observantia  
colendo,**

*Hanc suam de Fideicommissis, nec  
non codicillis disputationem*

**In debitæ gratitudinis & observantiæ  
testimonium dedicat, mittit,  
ac offert.**

*Francisc. Musc. Erui-  
tensis Resp.*



*Continuatio.*

**H**ACTENVS de directa heredum institutione, cum satis actum sit; superest ut nunc de obliqua, id est, fidei commissis videamus.  
*Myns. ad rubr. n. 1. Inst. de fideicom. her.*

P O S I T I O I.

**F**IDEICOMMISSVM (INDE dictum, quod fidei heredis committatur, & ab eius voluntate dependeat) est quod non verbis civilibus hoc est, directis, sed precativè; id est, verbis obliquis relinquitur.

*§. fin. Inst. de sing. reb. per fideicom. vel l. 41. §. 3. ff. de vulg. & pupil. subst. Vlp. in fragm. tit. 25. VVesenb. ad rubr. Inst. h. t. Cuius lib. 11. obs. c. 25. Duar. ad pr. tit. de legat. & fideicom. Goddeus ad l. 164. §. 2. n. 1. de V. S.*

II.

Fideicommissum est duplex, universale & particulare. Universale est, cum heres totam hereditatem, eiusve partem alteri restituere rogatur.

*§. fin. Inst. h. t. l. fin. C. de fideicom. VVesenb. ad rub. Inst. item Kling. n. 2 hic adde & Myns. ibid. n. 5.*

III.

Universale fideicommissum quando testamento relinquitur, necessario heres institui debet, cuius fidei committatur. (inde fideicommissarius dicitur) ut hereditatem alii vel totam, aut pro parte restituat, nam & alias inutile est testamentum in quo nemo heres instituitur.

A 2

*§. 2. Inst.*

*§. 2. Inst. h. t. l. non codicillum 14. C. de testam. §. ante heredis  
inst. de legat. l. 1. in pr. ff. de her. inst.*

IV.

Fideicommissum relinquere possunt, qui testamen-  
tum facere, licet non fecerint. Nam & intestatus quis  
moriturus fideicommissum relinquere potest.

*l. 2. ff. de legat. 1. l. 1. in pr. cum 2. §. §. seqq. ff. de legat. 3. Vlp.  
tit. 25. §. 3.*

V.

Non omnib. fideicommissa dari possunt, sed illis tan-  
tum; qui testamenti factionem, sive activam, sive passi-  
vam habent, nam & his personis legari tantum potest.

*Vlp. tit. 25. §. 5. §. legari 24. Inst. de legat. l. 7. ff. de legat. 3.*

VI.

Fideicommissa, (quæ pletunq; testamento relin-  
quuntur) licet olim nullam necessitatem a exolvendi  
habuerint, sed tantum pudore heredis continerentur:  
id tamen hodiè rectè b mutatum à iust. eiusve anteces-  
soribus ubiq; videmus.

a *§. 1. & fin. Inst. h. t. b quia iustum & favorabile est l.  
10. ff. de inoff. test. l. fin. C. de fideicom. Imò publicè expedit suprema  
hominum iudicia exitum habere l. 5. ff. testam. quemadmodum aper.  
Iniquum etiam est fidem semel datam fallere. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de  
const. pec. VVesen. ad pr. Inst. h. t. n. 5. vid. ubi præter has alias quoq;  
rationes adducit.*

VII.

Non tamen solum testamento fideicommissa, sed  
etiam hodie ab intestato, in epistola a, vel libello, vel  
sine scriptura, imò etiam nutu relinquuntur, in omni e-  
nim ultima voluntate indistinctè fides cui relictum com-  
mittitur, ab herede præstanda est b, modo tamen fidei-  
commissarius hereditatem sibi ex causa fideicommissi  
deberi vel scriptura, vel quinq; testium numero probet c.

a *§. 9. Inst. & ibid. VVesenb. num. 1. item §. fin. n. 2. h. t. l. &  
in epistola 22. l. 29. C. de fideicom. l. nutu 21. ff. de legat. 3. l. miles  
75. ff. de legat. 2. b VVesenb. d. §. fin. nu. 2. h. t. c l. fin. §. fin.  
C. de*

C. de Codicill. d. l. 22. & l. 29. C. de fideicom. adde & l. fin. eod. tit.

VIII.

Sed an hoc casu locus sit SC. Trebelliano dubitatur Negamus.

Fac. l. mulier §. fin. h. t. ibi gloss. & dd. l. 1. C. com. de legat. l. 1. §. de illo h. t. l. Lex Falcidia 47. §. fin. ff. ad l. Aquil. Myns. ad §. praterea Inst. h. t.

IX.

Sciendum tamen est ex nova Imperatoris nostri constitutione, fideicommissarium præstito prius calumnia juramento aliis probationibus deficientibus, heredi neganti fideicommissum esse relictum, iusiurandum offerre posse, quod aut necesse subire, aut fideicommissi universalis, vel specialis, solutionem præstare.

d. §. fin. Inst. h. t. & d. l. fin. C. de fideicom.

X.

Sed & hoc casu ex eadem Imperatoris Justin. Constitutione, heres fideicommissum omnimodò præstare tenetur, quando primum negavit fideicommissum esse relictum, postea verò illud confitetur, verum ad subtilitatem iuris recurrit.

dd. modo textibus.

XI.

Hereditatem porrò fideicommissariam quod attinet, ea vel tota, vel pars eiusdem a nobis restituitur. Nec tantum purè b, sed & sub conditione, vel etiam ex certo die alicui relinquitur.

a §. 2. Inst. h. t. l. 2. C. eod. l. 67. ff. de rei vend. b d. §. 2. Inst. h. t. l. 1. §. 9. l. 9. §. fin. cum l. seq. ff. eod. vid. Myns. in Inst. h. t. §. 2 n. 6. & 7.

XII.

Restituitur autem hodiè hæc ipsa hereditas explorata SC. Pegasiano ex SC. Trebelliano a, ita tamen ut quartam sibi salvam ac integram b heres habeat, eaq; à Dd. TREBELLIANICA quarta dicitur.

a arg. rub. ff. ad SC. Treb. §. sed quia stipulationes Inst. h. t. l. 1. C. eod. b d. §. sed quia Inst. h. t. A 3 Actio

## XIII.

Actionesve inter heredem & fideicommissarium pro ratâ portione sciendantur.

*dd. modo text. b. adde & l. 2. C. ad SC. Trebell.*

## XIV.

Quod tamen hactenus procedere putamus, quatenus fiduciarius hereditatem adire haud recuset: quo facto officio iudicis cogitur eam adire, eandemve fideicommissario eiusve heredi volenti restituere, sub eâ tamen conditione, ut omnes actiones hereditariæ adversus fideicommissarium dentur, nec fiduciarius ulli obstringatur, aut etiam quicquam ex hereditate consequatur.

*a §. sed quia stipulationes Inst. h. t. l. quia poterat 4. l. 14. §. 4. l. 16. §. 2. ff. eod. l. 28. ff. de iudic.*

## XV.

Sed hic non incommodè quaritur, An Trebellianica à testatore prohiberi possit? Et sub distinctione novi & veteris juris affirmamus.

*Auth. de her. & Falcid. c. 2. §. 2. Gail 2. obs. 138. n. 15. Iul. Clar. in §. testamentum quæst. 62. n. 1.*

## XVI.

An verò Trebellianica, hoc est, quarta pars, non confectum inventarium amittatur difficilis & intricata est quæstio? Nos cum Dn. Myns. negativam tueri tentabimus.

*Myns. ad §. sed nostra Inst. de her. qual. & d. ffer. n. 24. Andreas Gail. lib. 2. obs. obs. 138. n. 14. diff. Hier. Treutl. part. 2. Disp. 14. th. 10. ubi etiam multos alios nobis contrarios adducit.*

## XVII.

Huic non multum dissimilis est illa. Num suus heres rogatus restituere hereditatem Trebellianicam & legitimam simul retinere possit? Nos itidem à negantium partibus stabimus.

*l. 21. §. 2. ff. de ann. legat. l. 8. §. 4. ff. de inoff. test. l. 6. C. ad Trebell. Cuiac. lib. 8. obs. obs. 3. Francisc. Hotom. in illustr. quæst. 43. fol. (mibi) 331. vid. etiam Gothofr. ad l. Marcellus 3. §. 2. ff. ad SC. Trebell.*

Quæ-



XVIII.

Quæstionis insuper est. An heres rogatus post mortem suam restituere quicquid ex hereditate supererit, fructus quoque restituere debeat? Quod & ipsum negandum censemus.

*l. quod his verbis § 3. in pr. ff. de legat.*

XIX.

Denique certâ aliqua re deducta, sive præcepta, quæ quartam sive maiorem hereditatis partem continet heres rogatus est hereditatem restituere, quid iuris? In solidum hoc casu actiones ad fideicommissarium transferri, re illa deducta, sine onere apud heredem manente, quasi ex legato ei acquisita, iuris est expressi.

*§. 9. Inst. h. t. l. 30. §. item l. 1. §. fin. ff. ad SC. Trebel. & hic unicus in universo iure locus est, quo actiones heredi non competunt, nec adversus heredem.*

XX.

Haecenus de fideicommissio universalis, succedit particulare, quando nimirum heres rem aliquam singularem, veluti fundum, argentum, hominem &c. restituere alicui rogatur.

*pr Inst. de sing. reb. per fid. vel. Vvesenb. ad rub. Inst. n. 4. de fideicom. her. Borch. ad §. fin. eod. l. 37. & ibi Dd. communiter ff. de legat. 1.*

XXI.

Hodiè verò cum legata & fideicommissa *a* ex Justin. lege sint per omnia exæquata *b*, potest quoque legatarius onerari legato *c*.

*a* Intellige hæc particularia, non universalia *Vvesenb. in par. ff. n. 10. de legat. Kling. ad rub. Inst. h. t. b l. 1. ff. de legat. 1. l. 2. c. com. legat. §. 3. Inst. de legat. c* *Myns. item Borch. ad pr. h. t. adde Vvesenb. ibid. ubi etiam valde miratur veteris iuris obtemperantiam in institutis nostris esse relictam.*

XXII.

Potest autem non solum proprias res testator per fideicommissum relinquere, sed etiam heredis, aut legatarii, aut fideicommissarii, vel etiam cuiuslibet alterius.

A 4

§. 1.

§. 1. Inst. h. t. l. 10. C. de legat. l. 40. ff. de legat. l. 67. §. 8. ff. de legat. 2. l. heredum 25. C. de fideicom.

XXIII.

Diligenter tamen observabit testator, ne fiduciarium plus restituere roget, quam ipsi testamento, aut ab intestato dederit, ascripseritve, nemo enim ulterius ex ultima voluntate, quam sit honoratus onerari debet.

§. 2. Inst. h. t. l. 1. §. 17. ff. ad SC. Trebell. l. 1. §. 6. ff. de legat. 3.

XXIV.

Quare etiam fideicommissum relictum ab eo, qui nihil ex testamento percepit, vires habere ulla nobis minime videtur.

l. 9. C. de fideicom. d. l. 1. §. sciendum 6. ff. de legat. 3.

XXV.

Libertas quoque servo per fideicommissum dari potest, nec interest utrum de suo proprio servo testator roget, an de eo qui ipsius heredis, aut legatarii, vel etiam extranei sit, alienus namque servus quodcumque poterit redimi & manumitti debet. Manumissus autem hic non ipsius testatoris, sed manumittentis fit liberus.

§. 2. Inst. h. t. n. l. quidam 19. ff. de man. test. l. directis C. de man. test.

XXVI.

Verba autem fideicommissorum hæc maxime in usu habetur, peto, rogo, volo, mando, heredis fideicommitto, quæ singula perinde firma sunt, atque si omnia in unum congesta essent.

§. fin. Inst. h. t. Vlp. in fragm. tit. 25. §. 2. Paul. lib. 4. sent. 1. §. 6. adde l. 18. de legat. 1. vid. Gothofr. late ad l. 2. C. de codicill. & hæc breviter dicta sint. de fideicommissis.

XXVII.

Quia autem fideicommissa non tantum testamento relinquuntur, sed etiam codicillis, paucis quoque de natura Codicillorum ut dicamus, consequens est.

Borch. ad pr. Inst. de codicill. l. 8. §. 5. ff. de int. codicill.

Sunt

## XXVIII.

Sunt igitur Codicilli testati, vel intestati ultima voluntas, minus tamen solemnibus.

l. 4. C. de codicill. l. 6. §. 1. & 2. ff. de iur. codic. §. fin. Inst. hic Cuiac. in par. ff. de iur. codicill. vid. Myns. ad pr. iii. n. n. 3.

## XXIX.

Conficiuntur quatuor modis, aut enim in futurum confirmantur testamento, aut in præteritum (quam hodie neutro casu speciali confirmatione opus est. §. 1. Inst. h. t. Vvesenb. in parat. ff. de iur. codicill. n. 6.) aut per fideicommissum testamento facto, aut sine testamento. l. 8. in pr. ff. de iur. codicill.

## XXX.

Codicilli totiens valent, quoties quis testamentum quoque facere potest. Non tamen hoc ita intelligimus, ut exigamus potuisse eum eo tempore quo scribit eos codicillos, testamentum facere: (quid enim si sufficientium restium facultatem non habuit?) sed si iure testamenti factionem habuit.

l. 8. §. 2. ff. de iure codicill. l. 6. §. 2. eod. pr. Inst. h. t.

## XXXI.

Hereditatem codicillis, directò a neque dari, neque adimi, imò nec conditionem b heredi instituto codicillis adicere quem posse manifestum est. Verbis tamen precariis c, econtra hæc omnia ritè perfici dubium nemini est.


a §. 2. Inst. h. t. l. 10. l. 13. in fin. ff. de iur. codicill. l. 2. l. 7. C. eod. l. non codicillum l. 4. c. de testam. b quoniam in defectum conditionis de ademptione cogitasse censetur. Pac. ad §. fin. Inst. h. t. per l. 27. in fin. de condit. Inst. adde l. 6. in pr. ff. de iur. codicill. c dd. mod. textibus.

## XXXII.

Codicillos etiam plures, non contrarios quis facere potest, & nullam solemnitatem ordinationis a requirunt. Quinq; tamen testes (inter quos & mulier esse potest, argumento l. 20. §. 6. & 7. ff. qui test. fac. poss. Myns. §. fi. n. 4. item Kling. ad pr. n. 3. h. t. n.) testandæ veritatis b gratia iis adhiberi debent.

a §. fin.

a §. fin. Inst. hic l. 6. §. 2. ff. de iur. codicill. l. ult. §. fin. C. eod.  
b Mys. d. §. fin. n. 4. & d. l. fin. §. fin. C. eod.



## COROLLARIA.

### I.

**R**em permutatam cum re fideicomisso subiecta, fideicommissariam fieri putamus.

*Ias. cons. 231. incip. ista due mulieres col. r. n. 2. Tiraquell. in comment de utroq. retract. §. en. acquest. gl. n. 27.*

### II.

Res alienata extra familiam contra prohibitionem testatoris, revocatur per omnes de familia ordine successivo: sed primus caret de restituendo sequentibus: etsi cautio omittatur, non condicitur, sed casu eveniente res vindicatur, & sufficit quem fuisse in familia tempore testamenti.

*l. peto 69 §. fratre herede ff. de legat. 2. Dec: consil. 378. Graver. consil. 280. num. 2. Socin. ad l. qui Roma §. coheredes de V. obl. & ad l. si cognatus de reb. dub. Cachera decis. 50. n. 7.*

### III.

Alta & profunda est quæstio, An clausula codicillaris in testamento nativitate posthumi rupto, aliquid operetur? Nos negandum putamus.

*Bartol.*

*Bartol. in l. filio praterito 17. num. 2. ff. de iniust.  
rupt. irr. fact. test. & in l. 1. nu. 10. ff. de iur codicill.  
Gail. lib. 2. obs. 114. n. 4. 8. 9. cum seqq.*

*IV.*

Clausula codicillaris, & quod valeat omni  
meliori modo quo potest, efficit ut testamentum,  
solemnitatis ratione vitiosum, iuris rigorem obti-  
neat.

*Hart. Pist. quest. iur. Rom. quest. 2. num. 17-  
Vult. hic.*



*IN*



IN IMPERITVM  
ARROGANTEM.



Ccupat alterius quo maior inertia mentem  
Quo minor est virtus, quo minus arte  
valet. (auras,

Hoc magis supremas mens impia fertur in  
Turpis & istius pectora fastus habet.

Non aliter quam pinguedo, sit sordida quamvis,  
Sordida sed summum vindicat ecce locum.

Vt referunt auri non rara minuta colorem,  
Lumine defraudant utq. minuta suo.

Fumo quid levius, quid inanius? attamen ipse  
Sit quamvis tenuis Fumus ad astra volat.

Sed quid ago, num te fumo Francisce, Minutis  
Comparo, num similis sit tibi crassities?

Non est hac mea mens Francisce, nec actio mentis,  
Quo magis affirmo te minus esse volo.

Ergo age, nec moneo, multas facienda per horas  
Differ, habent parva nam mala multa mora:

Moris & amoris ergo.

MATTHIAS BOHEMVS Thoru-  
ensis Borussus.

F I N I S.

99 A 6904

ULB Halle 3  
004 976 38X




TA 30L









APU.

DISPUTATIO  
XIIII.

DE FIDEICOM-  
MISSIS VNIVERSALIBVS,  
PARTICVLARIBVS, NEC NON CO-  
DICILLIS. DESVMPA EX TIT. ANTE-  
pen. pen. & ult. lib. 2. Inst. itemq; concor-  
dantibus textib. ff. & C. & c.

Q V A M

D. O. M. A.

P R A E S I D E

*Nobilissimo, Clariss. & Consultiss. Viro*

D. N. ARNOLDO DE REYGER  
I. V. D. ET IN INCLYTA SALANA  
Academia publico Pandectarum  
Professore

*Privati exercitii gratia excutiendam proponit, ac  
pro curtis ingenii sui viribus propugnare  
studebit*

Ad diem 23. Decemb.

FRANCISCVS MVSCVLVS  
*Erwitensis VVestphalus.*



I E N A E

TYPIS TOBIAE STEINMANNI.  
ANNO MDCCXCIV.